

CHRISTOPHORI EN
 CELII SALVELDENSIS DE
 re Metallica, Liber Se-
 cundus.

DE ATRAMENTO SVTORIO,
 seu vitriolo. Caput I.



Actenus in libro primo egi-
 mus de corporibus metalli-
 cis maioribus, & de rebus
 ad ea spectantibus: In hoc au-
 tem secundo libro agemus de
 corporibus metallicis medijs
 seu remotis (ut uocant chimi-
 stæ) item de fumis & spiritibus, & de adiuuantibus

spiritus. Incipiam ergo, & nunc dicam de atramen-
 to sutorio, id est, vitriolo. Atramentum sutorium ni-
 hil aliud est quam vitriolum, id est, calchanthum,
 hoc est, quasi flos æris: non autem est χαλκοῦ ἄν-
 θος diuisa uoce, id est, æris flos ipse, de quo in 1. lib.
 egimus: seu ærugo æris, quæ etiam flos æris dicitur,
 iuxta recentiores. Sed hoc χαλκῶ ἄνθος dicitur
 quasi æris flos. Alia enim res est æris flos ipse, aut æ-
 rugo æris, quæ etiã tali nomine uocatur: & alia res
 est χαλκοῦ ἄνθος, id est, vitriolũ. Hinc Plin. li. 34.
 ca. 12. Græci cognationẽ fecere, æris nomine et atra